nis dicitur. ¶ hec concio onis. de concio cies. ciui. citum: vel de concio cis. ciui. ci- Concinor
re. quarte coniugationis. i. commouere vel conuocare. Unde concinor aris verbum

Cetus
Cōtubernium
Turma
Phalanx
Cuneus
Acies
Legio
Conuentus
Manus
Concilium

deponens. i. populum alloqui. ¶ hic cetus tus. tui. de coeo is. coiui. ire. dicitur Consortiū tij. de consors tis. dicitur. ¶ Contuberniū nij. de hec taberna ne. vñ hic cōtubernio onis. socius. hic ⁊ hec cōtubernalis: idē: ⁊ mobiliter sic. hic ⁊ hec contubernalis ⁊ hoc le. hec chorea ree. a choro. ¶ hec turma me. a turbo dicit. Et differt ab ala. Ala proprie est societas triginta militū. Turma triginta peditū. Unde hec turmella turmelle. diminutiuū. ¶ hec phalanx lancis. vel hec phalanga ge. lingua macedonū dicit legio. Unde phalangarius a. um. i. legionarius scz de phalanga existēs vel ad phalangā ptinens. ¶ hic cuneus nei. a coeo is. i. collecta in vnū militū vel peditū multitudo. ¶ hec acies aciei. ab acuo is. dicit. ⁊ habet tres significationes vt ibi. Est acies belli / cutelli / visus ocelli. ¶ hec legio onis dicit a lego is. qr legebant. i. elegebant qui deberent esse de legione. Uel legio dicebatur a lex legis. qr lege in castris se habebant vel lege seu in legione dispositi erant. Et sunt in legione sex milia sexcēti sexaginta sex. ¶ hic conuentus tus. tui. de cōuenio nis. eni. dr. hoc cōuenticulū li. ⁊ hic conuenticulus li. ambo diminutiua de conuentus. ¶ hec manus nus. nui. in vna significatione est idē qđ societas. ⁊ tunc de munio nis dicit vel de numus eris. ¶ hoc cōciliū lij. sine o. i. collectio sapientū: ⁊ precipue epoꝝ vel ecclesiasticoꝝ ⁊ etiā alioꝝ vt regū ⁊ magnatū suoꝝ. ⁊ cōponitur de con. ⁊ hoc cilium lij. quadam similitudine illoꝝ. qr sicut cilia iunguntur ⁊ cum oculus quiescere cupiunt ita quoqꝫ concorditer iunguntur homines in concilio vel cōsistorium rij. a consilio tis. deriuatur.

Cymbala / campana / nola / tyntynabula iungas.

Cymbalum
Campana
Nola

¶ Ista quattuor nomina cōsignificant. hoc cymbalū li. a ciendo dr. Proprie instrumentum musicum quo populus accipit. i. aduocat. ¶ hec campana e. dr a campania nie. prouincia. qr eius vsus primum ibi est repertus. ¶ hec nola le. dicit a nola quadā ciuitate campanie vbi primo inuēta fuit. Et est nola tyntinabulū qđ appendit collis canū vel pedibus auiū. Uel illud qđ appenditur frenis ⁊ pectoribus equoꝝ cum quodā sonitu incedant. i. vadant vel eant etc. Unde hoc tyntinabulū li. a tinnio nis. niui. ire. dicitur qđ alio nomine dicitur tonabulum li. a tono as.

Cāpus / agellus / ager rus ortus et ortulus aruū
Quem colit assidue venit ortulanus ab orto

Campus
Ager
Rus
Ortus
Aruum

¶ Ista nomina idē significant. Campus pi. dr a cami. grece qđ est breue ⁊ humile. Unde campulus li. ⁊ campellus li. ambo diminutiua. ¶ hic ager agri. ab ago is dr. vñ agellulus et agellus li. diminu. ⁊ hic agellarius rij. i. rusticus vel custos agri. ¶ hoc rus ruris. a ruo ruis dr. vñ hoc rusculū diminutiuū. i. paruū rus. ⁊ hic rusticus ci. ⁊ hec rusticia cie. ⁊ rusticus a. um. Et pōt dici a loco scz operarius. vel qr rure morat et colit rus. qꝫ aūt dicit rusticus quasi ruris custos ethimologia est ⁊ nō compositio. ¶ hic ortus ti. ab orior eris. vel iris. deriuat quia semꝑ ibi aliqđ oritur. puta herbe ⁊ olerā. Et hic ortulus li. diminutiuum Unde Ortulus iste breuis mitia poma gerit. Uñ hic ⁊ hec ortilio onis. ⁊ hic ortulanus: custos orti vel cultor. ¶ hoc aruum ui. ab aro as. qr ad arandū aptū Unde hoc aruiolum. ⁊ hoc aruulum diminutiua.

Uela / vel aulea / cortine sunt anabatra

Cortina

Cortine lymbus est peripetasma vocatus
Dicimus aulea que dependuntur in aula
Cum ana sursum / batim gradus hinc anabatrū.

¶ Ista nomina idem significant. Hoc velum de velo. as. i. tego gis. Hoc auleū lei. ab hec aula le. qr solet dependi in aula. ¶ Hec cortina ne. de corea rei. dicit. ¶ Hoc anabatrū tri. componit de ana qd est sursum & batrum gradus quasi sursum graditur extendit. ¶ Hoc peripetasma atis. penultima correpta: peri componit cum petasma quod est velum vel tentorium vel cortina. Vel pot' quelibet adiectio ei in circuitu facta. Unde proprie peripetasma dicitur superior pars in cortinis que depicta est. Improprie tamen dicit peripetasma lymbus cortine sicut hic. (hec catholicon)

Velum
Auleum
Cortina
Anabatrum
Peripetasma

Certamē

Certamen / lites / rixas / & iurgia dites
Est contentio vel dissensio litigiumqz
Assit agonia que coniungatur agoni

¶ Ista nomina idem significant. Hoc certamen inis. de certo certas dicitur. ¶ Hec lis litis a limes itis deriuatur. Et dicit lis a contentione limitis: qui agros diuidit. Inde litigo as. i. contendere / litem agere: ex quibus videtur esse compositū: vel potest esse ethimologia: litigo litem ago. ¶ Hec rixa rixe a ringo gis. Unde hec rixula le. & rixor aris. deponens: & rixosus a. um. ¶ Hoc iurgium iurgij: & hoc iurgamen inis. in eodem sensu: dicit a iurgor aris. Et est iurgium litigatio vel verberatio sm Hug. vel Papiā: iurgiū dicit coniuitū causa litis. ¶ Contentio onis. de contendo dis. dicit. ¶ Hec dissensio onis. a dissensio tis. & dissentior tiris. ¶ Hoc litigiū gij. a litigo as. vnde litigiosus a. um. qui litigat vel potius de quo litigatur: vt ista terra est litigiosa. i. de qua litigatur. ¶ Hec agonia nie. penultima producta ab agon onis. qd idem. Vel agonia. i. fiducia / victima / vel hostia. hic agon onis. ab ago agis. i. certamen / pugna

Certamen
Lis litis
Rixa
Iurgium
Contentio
Dissentio
Litigium
Agonia
Agon

Coma

Est coma / cesaries / crinis pilus atqz capillus
Cedo cesariem / maribus facit appropriatam
Fit de como coma / mulieribus appropriata
Interior capitis pars / crinis densa vocatur.
Posterior capitis pars cyrrus densa pilorum
Dicitur hinc cyrrus quia cyrrū gestat alauda
Est iuba cornipedis pecorum seta vocantur

¶ Ista nomina que hic ponunt significāt vnū & idē: vt patebit in eorū expositiōe. ¶ Hec coma me. i. crinis de como mis. sed sm istū autorē est proprie mulierū / qr sepe comūt comas suas. Sed sm grecismū: coma est proprie crinis quadrupedis columbi. Unde ponit differentiam istorum nominum sic.

Coma

Est coma quadrupedis colubri iuba siue leonis. Cesaries leonis: crinis proprie mulieris. Hec cesaries ei. a cedo dis. dr: et est proprie virorum: decet enim virum esse tonsum et non mulierem. Hic pilus li. ab hec pellis lis. li. quia a pelle procedit. Item pilus dicitur instrumentum cum quo tonditur et teritur in pila: sed pilus pro instrumento primam producit aliter eam corripit. Unde versus. Qui terit est pilus pilus est in fronte capillus. Item hoc pilum li. quoddam genus teli: et est Romanorum: et tunc dicitur de pello quia pellitur .i. emittitur et torquetur et producit primam. Unde Lucanus in primo. Signa pares aquilas et pila minantia pilis. Item hoc pilum li. et est rosarium: et producit primam. Unde quidam. Ad tactum pili nulle ruere pili.

Pilus · **Pilum** · **Crinis**

Capillus

Hic capillus li. de hoc caput tis. Hic crinis nis. de cerno nis. dr et sunt proprie crines mulierum et sic dicti: quia crinibus a viris discernantur: et ita quantum ad vocem descendit crinis a cerno: sed quantum ad significationem potius a discerno nis.

Cyrrus · **Iuba cum deriuatis**

Hic cyrrus ri .i. crinis vel plicatura capillorum: et dr a cyrin grece quod est tondere: quia aptus est tonderi propter sui longitudinem. Hec iuba be. a iuuo as dicitur: Et est iuba crinis equorum et aliorum animalium irrationalium. Et iuba dr crista que supponitur galee vel propter noticiam vel fractionem ictuum. Inde iubatus a. um et iubosus a. um idest plenus et abundans iubis.

Seta · **Setosus**

Hec seta sete a suo suis quia a sue procedit: vel a suo suis suere: quia valet ad suendum. Unde setosus a. um. idest plenus et abundans seta. Unde hec setositas atis. Et componitur seto cum in et dicitur inseto as.

Corona

Laurea/crinale/sertum/dyadema/corona
Addas aureolam: quia paucis sit data: dictam
Et duo quod demat credo dyadema vocatum
Finem/principium sicut facit omne rotundum.

Laurea · **Sertum** · **Dyadema** · **Aureola** · **Aurea**

Ista nomina sunt eiusdem significationis: hec laurea re. a laurus lauri dr. hoc crinale lis. a crinis crinis dr. Hoc sertum ti. de sero ris .i. corona de floribus insertis et coniunctis facta. Inde hoc sertulum li. diminutiuum: et sertatus a. um. cum serto ornatus vel coronatus. Hoc dyadema tis. componitur de dya quod est duo et demo mis. quia duo demit scilicet principium et finem. Et nota quod omne rotundum et omne corpus spericum vel circulare potest dici dyadema eadem ratione qua duo demit: scilicet principium et finem. Hec aureola le. de hec aurea ree. dicitur. Aurea ree. est premium substantiale .s. visio diuina. Aureola le. est premium accidentale quod debetur virginibus/martiribus/et confessoribus et ceteris.

Utendo genere dic currum: curriculumque
De veho vehiculum quod versibus est alienum
Horum dic species ea que subscripta sequuntur
Redas: quadrigas: carpenta vel esseda: bigas
Istis pilentum: sarratum: iunge liburnum

Currus · **Vehiculum**

Autor ponit hic synonima in generali: et postea in speciali. In generali sic ista. Hic currus rus. rui. de curro ris. dicitur. hic curriculus li. diminutiuum. de curr' Hoc vehiculum li. de veho is. dr. Et nota quod vehiculum non potest stare in versu

quia habet quattuor breues immediate sequentes: et ideo dicit autor quod versibus est alienum excusando se quia posuit hoc nomen in versu in quo recte stare non potest. Deinde ponit autor synonyma in speciali que continent sub genere currus: et sunt ista. hec reda de. et dicit de redo dis. hec quadriga ge. componit de quattuor et hoc iugum gi. scilicet currus de quattuor equis tractus sicut biga cum duobus et triga cum tribus equis tractus currus. hoc carpentum ti. de carpo pis. dicit quoddam genus currus: quod autem carpentum dicit quasi currus pompatus: quia in pompis solet haberi: potius videt esse ethymologia quam compositionis ostensio. Unde hic carpentarius rii: qui facit vel ducit carpentum. Dicit tamen generaliter omnis artifex lignarius carpentarius. Unde hic carpentariolus li. diminutiuum. Essedum di. est species currus: et tamen in plurali. Et similiter pilentum et petorium. Unde Oratius. Esseda festinant pilenta petoria naues. hoc pilentum ti. de hic pilus li. quod est instrumentum terendi dicit. hoc sarratum sarrati: genus currus firmissimum ad portandum ligna et lapides. Liburnum ni. de liburnus populus dicitur.

Quadriga
Carpentum
Essedum
Pilentum
Sarratum

Testudo cythara chelis et lyra dicitur vnum
A cythara cytharizo venit simul et cytharedus
Hinc lyricum carmen: lyricen lyra cum cano format
Pollice tango lyram: facio cum vomere lyram
Delyros inde fatuos censere solemus
Et delyrare discordes inde feruntur

Ista nomina vnum et idem significant. hec testudo dinis (anglice a harpe) Unde Virgilius. Ipse caua solans egrum testudine amorem: et dicit de hec testa te. vel secundum quosdam de tango gis. quia de tacto sonum facit. hec cythara re. vnde cytharizo as. ludere in cythara. et hic cytharedus redi. id est cytharista. hec chelis lis. li. de chele que vocat brachium scorpionis dicit. hec lyra lyre de lyros grece dicitur idest dulcis latine. vnde lyricus a. um. idest dulcis in sono vt lyra. vnde lyricum carmen dicit illud vbi diuersa metra colligant. Unde versus. Carmina sunt lyra sit dissona suntibi metra. Et hic lyricen cis componitur de hec lyra lyre et cano canis. Et est lyricen ille qui cantat cum lyra. Et nota hic differentiam inter lyra cuius prima corripit: et lyra cuius prima producitur. Lyra cuius prima corripit est idem quod cythara. et lyra cuius prima producitur est idem quod sulcus. vnde delyrus a. um. id est fatuus et stultus: et delyro as. i. errare discordare Item habet delyro as. cuius media corripit: et tunc deriuatur de hec lyra re pro cythara: et hoc melius ponitur pro discordare. Sed delyro as. cuius media producit melius ponit pro errare vel deuiare. Unde versus. Delyro discordo delyro deuio dico. Et sic patet differentia inter ea.

Cythara
Chelis
Lyra

Ambigit/ et dubitat/ et fluctuat/ hesitat/ heret
Necnon predictis mussat cum mussitat horret

Omnia ista verba idem significant. Ambigo gis componitur de am et ago gis. interposita b. Dubito as. de dubius a. um. Fluctuo as. de fluctus tus. tui. tui.

Dubito

Hesito
Mussito
horreo

¶ Hesito as. aui. frequentatiuū formatū ab vltimo supino istius frequētatiui heso as. aui. are. hesatū tu. u/in o/ 7 a longa mutata in i/ breuē fit hesito as. Et heso as. formatur ab vltimo supino istius verbi herco es. hesi re. hesum su. mutatur u/in o/ fit heso as. aui. are. ¶ Musso as aui. i. dubitare vel cū silentio murmurare. 7 dr̄ a muto tis. tui. tire. i. murmurare vel velle loqui et nō audere vel loqui nō audenter. Unde Persius. Men mutire nephas 7c. men idest mene. ¶ Mussito as. frequentatiuū de musso. ¶ horreo es. horrui ere. caret supinis in duabus significationibus inuenitur: vt patet per hos versus. horreo p vereor reperitur 7 horreo sepe. Idem q̄ terret significare solet.

Domus

Est domus atq3 doma presepe domuncula tectū:
Edes ediculas habitacula vel stationes
His pastoforum magale tuguria iungas
Atq3 mapale casa sit ypepis mansio iuncta

Domus
Domuncula
Pastoforum
Mapale
Magale
Casa

¶ Ista nōia sunt eiusdē significationis cū hoc nōie domus mi. qđ fm secundā declinationē per oēs casus declinatur absq3 datiuo 7 ablatiuo pluralibus in qbus declinatur fm quartā tm̄: dr̄ eīm domibus 7 nunq3 domis. Nūs tamē 7 vtūs plurales 7 singulares dome 7 domi nō sunt in frequenti vsu fm secundā declinationē. Similiter ablatiuus singularis fm quartā, scz domu. Unversus Tolle me/mi/mu/mis in variando domus. ¶ Et de domus dr̄ hec domuncula le. diminutiuū: 7 dicitur domus de doma tis. grece qđ idē est qđ domus. ¶ Presepe pis. dr̄ de pre 7 sepio pis. ¶ hoc tectū ti. de tego gis. hec edes edis: vñ hec edicula le. diminutiuū. hoc habitaculū li. de habito tas. dr̄. ¶ hec statio onis de sto stas dr̄. ¶ hec pastoforiū rij. i. casa pastorū: 7 dr̄ de pastor 7 foris aduerbiū: qr foris scz in campis fit p pastoribus: vel de pastor 7 foros qđ est ferre: qr fert pastores. ¶ hoc tuguriū rij. de tego gis. dr̄. hoc mapale lis. de manus 7 hic palus: qr fit de manibus 7 palis infixis terre. ¶ hoc magale lis. de munus et ago gis. Uel magale lingua punica (fm Isidorū casa pastorū) ¶ hec casa case de cado dis. qr cito cadit vi ventorū. ¶ Nota constructionē illius versus. Atq3 mapale. Et casa sit mansio iūcta ypepis idest illis paruis hominibus.

Constructio.

Domina

Est hera vel domina mulier matrona virago/

hera
herus
Domina
Matrona
Uirago

¶ Ista nōia conueniūt in significatiōe cū hoc nōie hec domina. ¶ hec hera here dr̄ de hic herus ri. Et facit datiū 7 ablatiū plurales in abus: vt dominabus: herabus. 7 dr̄ herus de her grece terra latine. A domina domicella le. diminutiuum. hec mulier ris. a mollis dr̄. ¶ hec matrona ne. de mater tris dr̄: 7 matrona dr̄ que iā nupsit 7 genuit: quasi mater nati vel natorū: vel qr iā potest fieri mater: Unde hic 7 hec matronalis 7 hoc le. ¶ hec virago inis. dicitur quasi viriliter agēs: 7 sic supponit pro qualibet nobile muliere. Et componitur de vir 7 ago agis fm hugui.

Doctor

Doctor 7 instructor monitor pedagogus 7 autor
Corrector papas dydasculus atq3 magister
¶ Ista nomina idem significāt cum hoc nomine hic doctor oris. de doceo ces

Hic instructor oris de instruo is. Hic monitor oris. de moneo es. ¶ Hic peda= Instructor
gogus gi. componit de peda qd est pene & gogos ducere. & est proprie peda= Pedagogus
gogus ille qui ducit pueros ad studium. Hic autor oris de aueo es. id est liga Autor
re quia ligat metra pedibus. Hic corrector toris. de corrigo gis. ¶ Hic papas Papas
papantis id est doctor magister. Unde Iuuenalis. Pregustat pocula papas. Dybasculus
¶ Hic dybasculus li. a dydasco verbo greco. idem q doceo latine. Magister
¶ Hic magister stri. de magis & sterion quod est statio dicitur & non a maior
ut Hugui. placet.

Destruo/desolor/populor/consumoqz vasto
Diruo/disperdo/subuerto/dilapidoqz
Dissipo: predictis pariter demolior addes

¶ Omnia ista verba sunt eiusdem significationis cum hoc verbo destruo is. Destruo
destruxi. quod componitur de de & struo is. Desolor aris verbū deponens de Desolor
de & solor aris. ¶ Populor aris deponens quod inuenitur activū populo as. Populor
Unde Virgilius. Populatqz ingentem farris aceruum gurgulio. Et dicitur
de populus li. ¶ Consumo is. de con & sumo mis. ere. ¶ Vasto as. aui. are. ac Vasto
tiuum de vastus a. um. Unde deuasto as. are. de de & vasto. as. Diruo is acti=
uum de ruo & is. ¶ Dispergo gis de dis & spargo gis sparsi. Subuerto tis. sub
uertere de sub & verto tis. actiuum. Dilapido as. de de & lapido lapidas.
¶ Dissipo as. aui. de dis. & sipo as. i. spargere & proprie escam gallinis: & est dis Dissipo
sipo as. actiuum. ¶ Demolior iris. deponens. de de. & molior iris. componitur Sipo
Et dicitur Tinea demolitur vestem. i. destruit vel corrodit. Demolior

Dic dumos: fruticesqz: rubos: arbusta: frutecta Dumus
Deqz rubo dictas: bufones credo rubetas.
Arboris et fruticis loca/ sunt arbusta frutecta.
Que crescunt instar fruticis/ fruticare feruntur.

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis cum hoc nomine hic dumus mi.
Et est dumus spina vel potius spinarum collectio. Unde dumosus a. um. id ē
plenus dumis. Et hoc dumetum ti. locus vbi crescunt. Dumo mas. maui. are.
id est spinare. Unde dumeo es. id est esse vel fieri dumosum vel spinosū: a quo
dumesco cis. inchoatiuum: vt iste ager dumescit id est incipit esse dumosus.
Et est dumus primum. ¶ Hic frutex icis. a furor ris. Vel frutex dicitur densi= Frutex
tas virgularum vel paruarum arborum vel spinarum. Unde hoc frutectū ti.
vel fruticetum quod idem est quod locus dicitur vbi frutices crescūt. Item a
frutex frutico as. & fruticor aris. verbum deponens in eodem sensu id est fru=
tices emittere/ vel multiplicare/ pullulare/ crescere ad modum fruticis.
¶ Hic rubus bi. i. dumus. & dr rubus quasi rubeum habēs fructū. vnde hoc ru Rubus
betū ti. locus vbi rubus crescit. & hec rubeta te. i. rana vel bufo. que habitat in Rubeta
rubis. ¶ Hoc arbustum ti. ab arbore dicitur et est locus vbi arbores crescunt. Arbustum
et pro his quoqz ponitur: & precipue nouellis. ¶ Arbustū enim quandoqz dicit
arbor nouella & tenera: in qua insertio fieri potest. Et dicitur arbustum quasi
arboris statio.

Diuitie
Opes
Notabile

Diuitie vel opes censusq̄ pecunia gaze
Res ⁊ proprietas: hinc proprietarius exit.
Est opulentia / vel possessio peculiūq̄

¶ Ista nomina sunt eiusdē significationis cū hoc nomine he diuitie arum. Et dicitur de hic ⁊ hec diues diuitis. vnde diuitiosus a.um plenus diuitijs. ¶ Opes in plurali numero id est diuitie. cuius nominatiuus singularis deficit. Et est nomē diuersimodū: aliud in singulari ⁊ aliud in plurali. Nam in singulari opis opem ab ope. i. auxiliū / tutela / studiū vsus. Sed opes in plurali. i. diuitie. Tñ inueniť qñq̄ in singulari pro diuitijs: ⁊ in plurali pro auxilio vnde opulentus a.um. i. plenus opibus. Et hec opulentia tie. i. plenitudo vel abundantia opū. ¶ Hec pecunia e. ⁊ hoc peculium lij. de pecus dis. Hic census us. de censeo ses. dicitur. Hec gaza ze. i. diuitie / thesaurus. vnde hec gazula zule. ⁊ hoc gazetum ti. i. expositoriū qd̄ ⁊ pro ipsa gaza inuenitur. Hec res rei. de reor reris dicitur. Et sunt proprie res quas sola rei estimatiōe ⁊ intellectu cōprehēdimus. vt incorporalia: alia vero corpora appellantur. Et qñq̄ dicunť ōnia que in nostro iure existūt. Unde hec regula le. diminutiuū. ¶ Hec proprietas atis. de proprius a.um. dicit: Unde hic proprietarius rij. ille qui habet proprietatem rei. Et hec possessio onis. de possideo es.

Pecunie
Gaza
Gazetum
Res
Regula
Proprietas

Esca / esce

Esca dapes epule cibus atq̄ cibaria pastus
Pabula sunt etiam conuiuia victus ⁊ esus
Jantamur mane iantacula dicimus inde
Sed contra somnū veniunt obsonia cene.
Atq̄ de medio dat prandia debitus ordo.

¶ Omnia ista nomina sunt eiusdē significationis cū hoc nomine esca esce. Et dicitur de edo edis. Unde esculentus a.um. plenus ⁊ abūdans escis. Unde hec esculentia tie. i. plenitudo abundātia copia escarū. ⁊ cōponitur inesco as. inter pascere. ¶ Hec dapes vel daps qd̄ in vsu non est. dapis pl. em. a dape dr a do das. Et sunt dapes nobiliū: sed epule priuatorū vel dapes deorū. epule hominū. Inde hic ⁊ hec dapsilis ⁊ hoc le. id est largus in cibis. ¶ Hic cibus cibi. de capio pis. dicitur. vnde cibosus a.um. i. plenus cibis. ⁊ hoc cibariū rij. vas ad deferendū cibos. ⁊ hoc cibariū rij. a cibo as. are. ¶ Hic pastus tus. de pasco cis. hoc pabulū li. de pasco pascis dicitur. ¶ Hic esus sus. de edo es. est edi edere esum esu. vel estum tu. in supino. ¶ Jantor aris deponens. Uel ianto as. are. deriuať de iano deo principij id est comedere ante prandium soluere ieiuniū ante prandium. Unde iantaculo as. ⁊ iantaculor aris. deponens. i. iantari. ¶ Hoc obsonium nij. de ob ⁊ hic somnus ni. qui contra somnum sumitur. ¶ Hec cena ne. de cenon grece quod est cōmune latine. ¶ Hoc prandium dij de prandeo es. dicitur.

Esca
Esculentus
Dapes
Dapsilis
Cibus
Cibarius
Pastus
Esus
Jantor
Obsonium

Equus

Est sonipes vel equus ferus equiferusq̄ caballus
Istis cornipes / simul equillarius insunt

Est manui mannus/dextre dextrarius aptus
Rede vectores/nos dicimus esse veredos
Quadrupedes dictis poteris adiungere si vis

¶ Ista nomina sunt eiusdē significationis cum hoc nomine his equus. Et dr̄ equus ab equus a.um. qꝛ eque currit. et inde hic ꝛ hec eques tis. i. miles. ꝛ equestria. i. vxor militis. ¶ Hic sonipes dis. de sonus et pes dicitur: quia facit sonū in pedibus gradiendo. ¶ Hic ferus ri. dicitur de fero fers. ¶ Hic equiferus ri. id est equus ferus. componitur de equus et ferus. ¶ Hic caballus li. de cauo as. qꝛ cauat terram pedibus ambulando. Cornipes dis. de cornu ꝛ pes dis qꝛ habet cornutos pedes. ¶ Hic amissarius rij. equus qui emittitur ad currendū libere inter equas vt procreat pullos. ¶ Hic mannus ni. equus qui ducitur in manu alicuius. ꝛ dicitur de manus. ¶ Hic dextrarius rij. idem qđ mannus qꝛ a dextera manu ducitur. ¶ Hic veredus di. ꝓprie equus qui vehit redā: ꝛ componitur de veho is ꝛ reda. vt supra. ¶ Hic quadrupes dis. de quattuor ꝛ pes. componitur. qꝛ habet quattuor pedes.

Sonipes
Equiferus
Caballus
Cornipes
Emissarius
Mannus
Quadrupes

Dicimus eunuchos/castratos atqꝫ spadones
Siqꝫ metrum sineret ementulatus messet

Eunuch⁹

¶ Ista nōia habent vnā ꝛ eandē significationē cū hoc noīe hic eunuchus chi. Et dicitur ab eu qđ est bonum. ꝛ noys mens ꝛ icos custos quasi bone mentis custos. ¶ Castratus a.um. de castro as. aui. are. ¶ Hic spado onis. de hec spata te: dr̄. Vel de spadix ſm hug. ¶ Hic ementulatus ti. vel ementulatus a.um. est ille cuius mentula est abscisa. Vel ementulatus dicitur ille q̄ est extra mentulam positus: id est qui non habet potentiā coeundi. ¶ Et nota ꝙ hec dictio ementulatus nō potest stare in versu. qꝛ ista syllaba tu est breuis ꝛ stat inter duas longas. Et ideo autor se excusat dicēns. Siqꝫ metrum sineret.
¶ Construc. ꝙ pro ꝛ ementulatus inesset istis dictionibus: si metrum sineret/ id est pateretur.

Eunuchus
Castratus
Spado
Ementulatus
Constructio

Vocibus hic sensus verbalibus accidit vnus.
Coniecturo/reor/vel coniicio/vel opinor.
Autumo coniecto vel suspicor estimo credo.

¶ Unus sensus. i. vna significatio. accidit. i. conuenit his vocibus ꝟbalibus. i. his verbis. ¶ Cōiecturo as. aui. are. ꝛ dr̄ de hec ꝯiectura re. ¶ Reor ris. ratus sum rei. verbum deponens. ¶ Coniicio cis. eci. re. cōiectum tu. in supinis. cōponit̄ de con. ꝛ iacio cis. ieci. re. a mutata in i. ꝛ sic coniicio scribitur cū duplici i. añ cio ¶ Opinor aris. deponens. Unde hec opinio nis. ¶ Autumo as. aui. are. componit̄ de ab ꝛ timo qđ est mens b mutata in u. ꝛ i de timo mutata in u. dr̄ autumo as. ꝛ nō autimo: qꝛ nusꝗ̄ reperit̄ sic scriptū apud autores. Catholicon ponit etiā autumo ꝛ nō autimo: qđ percipit̄ per hoc ꝙ autumo ponit̄ post istas dictiones autor ꝛ autoritas/ꝙ si scriberet̄ autimo poneret ante illa ꝛ nō post. Autumare ſm hugu. est affirmare credere/putare quasi in mente sic habere Uñ hec autuma me. i. estimatio. ꝛ autumo est actiuū. ¶ Cōiecto as. frequen=

Coniecturo
Coniicio
Autumo
Coniecto

Estimo
Credo

tatu vm. coniicio cis. coniectum tu. u in o fit coniecto. Suspicor aris. verbū deponens de suspicio cis. ¶ Estimo as. cōponit̄ de ex. ⁊ timo qd est mēs ꝛ mutata in s. qd percipit̄ ex hoc ꝙ estimo componitur iterū cum ex. ⁊ dicit̄ existimo as. ista littera e de estimo mutata in i. ⁊ sic dicitur existimo quasi exestimo.
¶ Credo dis. di. dere. cōponit̄ de cretum qd est iudiciū ⁊ do das dedi dare.

Famulus

Mancipiū / famulusqꝫ / cliens / est verna minister
Atqꝫ ministrator puer assecla / vernula seruus
Satrapa predictis coniungitur atqꝫ satelles

Seruus
Mancipium
Uerna
Minister
Puer
Assecla
Satrapa
Satelles

¶ Ista nomina cōueniunt in significatione cū hoc nōie hic famulus li. Et dicitur famulus a famulor aris. ⁊ est ꝓprie famulus qui ex ꝓprie seruoꝝ familia nascitur. ⁊ dicitur famulus quasi vnus ex familia. Sed seruus dicit̄ ex conditione seruitutis a seruio is. ¶ hoc mancipiū pij. i. seruus ab hec manus ⁊ capio pis. Cliens a cleo es. pro inclinare. ¶ hic ⁊ hec verna ne. a vernus a. um. dicitur id est famulus pulcer seruiens qui vernat in domo militū vel diuitū in pulcritudine vestium. vnde hic ⁊ hec vernula le. diminutiuū. ⁊ hic vernaculus li. ⁊ hec vernacula le. pro verna. ¶ hic minister stri. de ministro as. aui. are. dr̄ et hic ministrator ris. de ministro as. dr̄. ¶ hic puer eri. de pus puris. i. custodia Unde quidā. Pone pueros in pure. i. custodia. Uel puer dr̄ a punio is. qꝛ pueri debent puniri ⁊ coherceri verberibus ne in vicioꝝ precipitium delabantur. Et nota ꝙ tribus modis dr̄ puer. Natiuitate. vt puer natus est nobis. Etate vt Decēnis nouēnis. Obsequio ⁊ fidei puritate: vt dn̄s ad hieremiā. Puer meus es tu noli timere. ⁊ hoc vltimo modo hic accipitur. ¶ hic ⁊ hec assecla cle. sincopatur de assecula. i. comes vel seruus qui sequitur aliquem: ⁊ dicit̄ de assequor ris. ¶ hic satrapa pe. dr̄ de satis aduerbio qualitatis. Et dicunt̄ satrape vno modo sapientes iudices vel reges. Et dicunt̄ quasi sapiētes vel potentes anglice a wyse Juge / a kynge / a duke / a mayer of a prouynce or a cyte. ¶ hic satelles litis: ꝓprie est minister crudelitatis et sceloꝝ. miles / tyrannus malefactor socius latronū domesticus (anglice a catchepol or a blaynerconde Et dicitur a satisfatio is. Et satelles dicitur qui heret alteri iuxta latus. ad custodiā: ⁊ tūc deriuatur a latus ris. vel ab alter qꝛ adheret alteri iuxta latus ad custodiā. quilibet tn̄ miles pōt dici satelles. Unde hoc satellicium cij. i. officium vel exercitium vel stipendiū. vnde ⁊ cuiuslibet artificis suum est satellicium ⁊ non tantum milicie.

Forāmen

Cancellus / porus / forus atqꝫ fenestra foramen.
Cancellum muri quadratum dico foramen
In quo sunt solite sibi nidificare columbe.
Cancellus templi pars intima dicitur esse
Est cancellare que sunt dampnāda notare
Nomina per mediū que signant linea ducta.
Qui male scripta linit hic cancellarius extat

In cruce cancellat pro nobis brachia christus

¶ Ista noia sunt idē in significatiōe cū hoc noie foramen inis. ¶ hic cācellus li. Porus ri. ꝛ est minimū ꝛ subtile foramen in corpore per qđ sudor emanat .i. fluit. ¶ hic forus ri. vnde foro as. aui. i. cauare: vel de foro as. dr. hoc foramen inis. ꝛ est forus foramē in naui p qđ remus exit. Vñ Lucanus. Ad summos repleta foros. ¶ hec fenestra stre. dr de fero fers ꝛ extra quasi ferēs lumē ab extra. ¶ hic cancellus li. dr de hic cancer ri. Et est equiuocū. Nā cācellus est foramen qdratū in pariete: in quo colūba nidificat. Et cācellus dr intima ps ecclie. Et cancellus dr aula palacij. Vñ cancellarius dr q̄ habitat frequēter in cancello palatij. ꝛ est officiū cācellarij scripta regis vel principis inspicere ꝛ male scripta ꝛ false/cancellare. ꝛ bn̄ ꝛ fideliter scripta signaculo sigilli imprimere. Cācellare est notare: nola .i. verba dānosa cum vna linea ducta per mediū illorum falsoꝝ verboꝝ vt hic. Itē cancellare est transponere manus vel brachia. Vñ Christus dicitur cancellasse manus suas in cruce pro nobis. — Foramen / Porus / Forus / Fenestra / Cancellus est equiuocum / Notabile

Fossa/specus/fouea/spelunca/cauerna vel antrum
Scrobs scrobis est fouea: sed scobs scobis vnde fit illa.
Traco vel amfractus cauus his addat abyssus.
Unde fluunt ymbres celi cataracta meatus. — Fossa

¶ Ista nomina sunt eiusdē significatiōis cū hoc noie hec fossa fosse. ꝛ deriuatur de fodio dis. fodi. ¶ hoc specus cus. hoc specū ci. hic specus ci. hec specus cus cui. vel hoc specu indeclinabile in singulari numero. ¶ hec fouea uee. a foueo es. dr .i. fossa: sed fouea est naturalis fossa. Fossa vero artificialis. Indifferenter tñ fouea ꝛ fossa accipiuntur. Itē fouea ppꝛie est spelunca subterranea vbi aliqd fouetur. Unde illud. Uulpes foueas habent ꝛ volucres celi nidos. filius aūt hominis non habet vbi caput suū reclinet. Vñ hec fouella le. diminutiuū. ¶ hec spelunca ce. de speleū dr: ꝛ est speleū grece idē q spelunca latine. hec cauerna ne. ab hec cauea cauee dr. ¶ hoc antrū tri. est grecū idē quod spelunca latine. hec scroba bis. dr de scrofa fe. ppꝛie fouea quā scrofa .i. sus facit. ¶ Nota differētiā inter scrobs bis. et scobs scobis. Scrobs bis. est fouea .i. fossa sed scobs is est illud qđ eijcitur de fossa scꝫ purgamentū fosse. Sed ppꝛie est purgamentū domus vñ scobo as. are .i. mūdare purgare ppꝛie domū. Vñ Vsus. Uilia scoba leuat: sed scobs bis. aspera planat. Itē scobs bis est instrumētū ferreū q̄ ligna planantur. ꝛ dr de scobo. Traco onis. media correpta est via subterrenea. ¶ hic amfractus tus tui. de am ꝛ frango gis. ¶ hic cauus ui. de cauo as. dr. ¶ hec abyssus si. dr de a qđ est sine ꝛ byssus qđ est clarus quasi sine claritate. ¶ hec cataracta e. est via subterranea qua aqua sub t'ra discurrit. vñ p trāslationē in celo dnr cataracte nubes vel discursus ac meatus pluuiaꝝ vel tonitrua — Specus / Fouea / Spelunca / Cauerna / Antrum / Scobs / Scrobs / Traco / Amfractus / Cauus / Abyssus / Cataracta

Raptor/vel predo/latro/latrunculus/ꝫ fur.
Sunt ꝫ stratilates/abigei/vispiliones
Tempore nocturno fur aufert: latro diurno.

Uispilio/quasi vi spolians de iure vocatur
Quosdam stratilates quasi strata dico latentes.
Qui pecus aut pecudes abigunt/hi sunt abigei

Fur
Latro
Predo
Raptor
Stratilates
Uispilio
Abigeus
Abiges

¶ Nomina hic posita cõueniunt in significatione cū hoc nōie hic ⁊ hec fur furis. a furuus a. um. dr̄. i. obscurus/niger. Et dr̄ fur: q͛ noctis vtatur tempore. Proprie quidē fur est qui de nocte vadit ⁊ pfodit domos. Et de fur hic furunculus li. diminutiuū. ⁊ hoc furtū ti. Et est furtū aliene rei inuito dn̄o abstractio ¶ Latro vero qui latet in siluis ⁊ expoliat transeūtes. vnde latrunculus li. diminutiuum ⁊ dr̄ a lateo es. hic predo onis. de hec preda de. dr̄. hic raptor oris de rapio pis. dr̄. ¶ Stratilates dicuntur latrones quasi latentes in stratis vnde videtur componi. ¶ hic vispilio onis. cōponitur de vi ⁊ spolio as. vn̄ vispilio quasi vi spolians dr̄. ¶ hic abigeus gei. ⁊ hic abiges gis: quod idē est: proprie fur armentoꝝ ⁊ pecoꝝ. eo q͛ abigat illa aliorsum vt cōpetentius illa furari possit. Item abigeus gei. id est qui pecora terre facit vel cum virga vel cum mantello. ⁊ dicitur de abigo gis. abegi abactum tu. id est fugare/separare de vno loco ad alium agere

Gladius

Rūphea vel framea: gladius vel mucro vel ensis
Addatur sica: sicarius exit ab illa.

Rumphea
Framea
Mucro
Ensis
Ensiculus
Ensifer
Sica

¶ Ista nomina sunt idem in significatione cum hoc nomine hic gladius dij. ¶ hec rumphea ee. gladius flammeus ⁊ versatilis bis acutus ante portas paradisi positus. ¶ hec framea e. a ferrū dr̄ quasi ferrea gladius ab vtraq̄ parte acutus: vel a fremo is. q͛ fremere facit meticulosos. ¶ hic gladius dij. dicit̄ de hec gula le. Et hoc interest inter gladium ⁊ ensem. Nam ensis tm̄ de ferro est: sed gladius totus est. ¶ hic mucro onis. de macro grece qđ est longū latine. Et ꝓprie mucro est cuiuslibet teli acumen: sed ponitur sepe pro gladio. hic ensis sis. a seco as. dr̄ fm̄ hugui. vn̄ ensiculus li. diminutiuū. et ensatus a. um. i. cū ense armatus. Et ensifer a. um. qui fert ensem Et hoc ensiferum cri. occisio facta per ensem. ¶ hec sica ce. ꝓprie est absconditus gladius in baculo qualem habent latrones insidiantes viantibus.

Est stilus graphium: calamus scriptoribus aptus
Atq̄ pugillaris fertur: capiente pugillo

Graphium
Stilus
Calamus
Pugillaris

¶ Ista sūt eiusdē significatiōis cū hoc nōie hoc graphiū phij. ⁊ dr̄ graphiū vel graphius phij. scriptura. Stilus li. a sto stas: quia stat in cera. ¶ hic calamus mi. ꝓprie est canna vel stipula segetis q͛ ex summisso flatu calescit. Et ponit̄ p stilo vel penna: q͛ cū illo ante inuentionē penne scribebant. ¶ hic pugillaris ris. i. graphium. ⁊ deriuatur de hic pugillus li

Gratulor exulto letor plaudoq̄ resulto.
Gaudio: tripudio. vel ouo: cum iubilo psallo
Jocundo: simul exhilaro: sit in his hilaresco

¶ Omnia ista verba idem significant. ¶ Gratulor aris. verbum deponens de gratus a. um. ¶ Exulto as. aui. are. frequentatiuum de exilio lui. vel exilij ire exultum tu. u in o fit exulto as. ¶ Letor aris. verbū deponens. de letus a. um. ¶ Plaudo dis. plausi dere. id est gaudere. et cōponitur a plaudo dis. de ad et plaudo dis. ¶ Resulto as. aui. are. frequentatiuum de resilio is. resultum tu. u in o. fit resulto as. ¶ Gaudeo des. gauisus sum dere. verbū neutro passiuum. vnde hoc gaudium dij. ⁊ hoc gaudiolum li. diminutiuū. ¶ Tripudio dias. de hoc tripudium dij. vnde hic tripudiator oris. ⁊ tripudiatrix cis. ¶ Ouo as. aui. are. i. gaudere. Jubilo as. aui. are. de hic iubilus li. Psallo lis. psalli lere. caret supino verbū neutrū. ¶ Jocūdor aris. atus sum. dari. dicitur de iocūdus da. dum. ⁊ producit primā syllabam iocundus ⁊ iocundor. ¶ Exhilaro as cōponitur de ex ⁊ hilaro as. ⁊ scribuntur cum vno l hilaris hilaro. exhilaro hilaresco cis. Item reperitur hilaresco cis. et tunc venit de hoc verbo hilaro hilaras. addita co.

Gratulor
Exulto
Letor
Plaudo
Resulto
Gaudeo
Tripudio
Ouo
Jocundor
Exhilaro

Gybbus vel struma fertur pars turgida dorsi
Hinc gybbosus strumosus dicitur inde

¶ Ista duo noīa idem significant. sed sic differūt: qꝛ gybbus est tumor in dorso. vñ gybbosus a. um. Et hic gybber bri. i. gybbus: vel ille qui habet gybbū. ¶ Hec struma me. est tumor in pectore. ⁊ dicitur de struo is. vnde strumosus. a. um. ⁊ hec strumositas.

Gybbus
Gybbus
Struma



Horreo formido metuo timeoqꝫ tremisco
Et tremo cū paueo trepido pauidoqꝫ pauesco

¶ Ista nomina idem significant. Horreo res. ui. ere. qd componitur exhorreo es. vnde horridus a. um. Formido as. componitur reformido as. Metuo is. ui. ere. sine supino. Timeo es. mui. mere. sine supino. ¶ Tremisco cis inchoatiuum contremisco. Et de tremo hic tremor oris. et tremebundus a. um. et tremulus a. um. vnde tremulo as. ⁊ tremefacio cis. ⁊ tremefio is. ꝑ compositionē. Tremo neutrū est. facit ꝑteritū ui. et supina itum cū cōpositis exceptis tremefacio ⁊ tremefio: que faciūt tremefactum tu. ¶ Paueo es. ui. ere. sine supino. ⁊ componitur cum ex ⁊ dicit expaueo es. vnde expauesco cis. inchoatiuum. De paueo pauidus a. um. Unde pauido as. ⁊ de paueo pauesco cis. inchoatiuum verbum. Trepido as. aui. de trepidus a. um. dicitur.

Horreo
Timeo
Tremisco
Tremulo
Paueo
Pauido

Ignis ⁊ igniculus fornax focus atqꝫ caminus
Est rogus atqꝫ pyra fornacula iungitur istis

¶ Ista noīa sunt idē in significatiōe. Et hoc noīe hic ignis nis. qd cōponit de in qd est nō ⁊ gigno nis. quasi nō gignēs: qꝛ nihil ex se gigni possit: sed ꝯsumit cūcta q̄ regit. vnde igniculus. ¶ Hec fornax nacis. a fos qd est ignis. ⁊ dr fornax quasi fos vrna vrgens. vñ hec fornacula le. vel hoc fornaculū li. in eodē sensu ambo diminutiua. ¶ Hic focus ci. de foueo es. dr. ⁊ est focus quicqd souet ignem magnus est ipa flāma. ¶ Hic caminus ni. de cāpso as. dr. qd idē est qd flecto as. ⁊ dr sic qꝛ flāmmas in se reflectit. ¶ Hic rogus gi. a rogo as. dr. ⁊ est rogus ignis pro mortuis. sed est ꝓprie cōpositio lignoꝝ. pruisqꝫ corpus impositū est.

Ignis
Fornax
Focus
Caminus
Rogus

Pyra ¶ Hec pyra re. dicitur ignis. a pyr grece quod est ignis latine. sed hec pyrra re. proprium nomen mulieris. Unde versus. In feruente pyra calet ouium femina pyrra. Et est rogus dum non accensus est. Pyra dum ardet. Bustum postquam arserit.

Janua: porta: fores: bifores: sunt hostia value.

Porta ¶ Ista nomina unum significant cum hoc nomine hec ianua e. Et est ianua proprie primus ingressus/primus introitus. Vel ianua est ostium quale videmus in celarijs per quod videri potest intus et extra. Et dicitur a iano deo principij quia ianus fingitur videri ante et retro. ¶ Hec porta re. proprie est ciuitatis. Cum enim antiqui ciuitatem aliquam volebant edificare in circuitum deducebant aratrum ne terram tangeret et portabant. Potest etiam ab alijs dici porta ab exportatione vel importatione rerum per eam et a porta hec portacula le. et hec portella diminutiua. et hic portitor oris. id est ianitor. et hic portensio sis. pro eodem: et hic porticus cus. domus illa que preest foribus. et dicitur sic. quia ibi fit transitus et non standum sit. quasi porta vel porticus ibi sit aperta.

Fores **Hostium** **Valua** ¶ Fores sunt que extra voluuntur. et dicitur de foris. Componitur cum bis et tunc bifores et sunt duplices fores. ¶ Hostium hostij ab hostis dicitur/quia hostem moratur. ibi enim aduersarijs nostris nos obijcimus. ¶ Hec valua ue. a valuo is. dicitur: et sunt value que intus aperiuntur et voluuntur: et sunt duplices et replicabiles: quia in se replicantur cum aperiuntur. Valua a velo: quia a se velent.

Insanus: vehemens: vecors: vesanus: et excors. Secors. et demens: bacchans: cerritus et amens.

Insanus **Vehemens** **Vecors** **Vesanus** **Excors** **Bacchans** **Cerritus** ¶ Ista noia conueniunt in significatione Insanus a. um. quod componitur de in et sanus. ¶ Hic et hec et hoc vehemens tis. componitur de ve et habeo es. et hec mens mentis. Unde vehemens quasi ve habens in mente. ¶ Hic et hec et hoc vecors dis. componitur de ve et cor cordis. Unde vecors quasi ve habens in corde. vel componitur de ve quod est sine et cor. quasi sine corde. ¶ Vesanus a. um. de ve et sanus a. um. quasi non sanus vel sine sanitate. ¶ Hic et hec et hoc excors dis. componitur de ex prepositione et cordis. ¶ Hic et hec et hoc secors dis. de se quod est sine et cordis. ¶ Hic et hec et hoc demens de de. et mens tis. ¶ Hic et hec et hoc bacchans tis. de bachor aris. i. furere vel insanire. ¶ Cerritus a. um. de ceres reris dea frugum in festo cuius solebant furere et insanire. sicut in festo bacchi. hic et hec et hoc amens tis. de a quod est sine et mens tis. quasi sine mente.

Tartarus: infernus: acheron: stix: orcus: auernus. His herebum: baratrum: coniungas atque gehennam.

Infernus **Tartarus** ¶ Ista noia significant idem cum hoc noie hic infernus ni. quod declinatur in plurali hec inferna orum neutri ge. et dicitur de infra quia in inferiori parte terre est vel infra terram. quia sicut cor hominis est in medio corporis: ita infernus in medio terre esse perhibetur. Hic tartarus ri. et pluraliter hec tartara orum. dicitur a tartarus vel a tartarin grece quod est horrere latine et tremere. Et est tartarus profundissimus locus infernorum: de quo neminem extrahit deus. Illic enim est fletus et stridor dentium/horror tenebrarum/tremor frigoris. Unde tartarus a. um. et tartarinus a. um.

¶ hic acheron ontis. dicitur ab a quod est sine ⁊ chere salus quasi sine salute Acheron
⁊ salutatione. ¶ hec stix gis. i. fluuius infernalis. ⁊ dr̃ de stigo as. i. stimulo as: Stix
q2 valde stimulat ⁊ angustiat potantes de eo. Uel dr̃ a sto stas: q2 semper stat
ad penam: vel a statim: q2 statim interficit. Uel a greco stigestos qđ est tristi=
cia: q2 tristes facit: ⁊ q2 tristiciã gignit: ⁊ sepe ponit̃ pro inferno. Un̄ stigius a.
um. ⁊ hic ⁊ hec stigialis ⁊ hoc le. ¶ hic orcus ci. dicit̃ de orce grece quod est ca Orcus
pere latine: q2 quos capit semel iterũ non reddit: ¶ hic auernus ni. componi= Auernus
tur de a quod est sine ⁊ ver quasi sine vere id est delectatione. ¶ hic herebus Herebus
bi. de horreo dr̃. ¶ hoc baratrum est nomen nimie profunditatis vel altitu= Baratrum
dinis: Et est dictum quasi vorabrum id est vorago atra ex profunditate quia
omnia deuorat: ⁊ qñq3 dicitur infernus: ⁊ quandoq3 profundissimus locus in
ferni a quo deus neminẽ extrahit: quandoq3 fossa quandoq3 gurges vertigi=
nosus: quandoq3 venter. Unde baratro onis. i. leccator: q2 omia baratro id est
ventri cõmittit. ¶ hec gehẽna ne. dicit̃ de ge qđ est terra ⁊ hennon profundũ: Gehenna
quia in profunditate terre est.

Est iuncus biblus cyrpusq3 papirus arundo
Cũ canna calamus simul est his associandus.

¶ Ista noĩa ꝯuenĩũt in significatione cũ hoc noĩe hic iuncus de iungo gis. eo
q2 aliquid cũ eo iungitur vel ligatur. vnde hic iunculus li. diminutiuum: quia Juncus
iunctis radicibus hereat. hoc iuncetum ti. locus vbi iunci abundant: ⁊ iunce=
us a. um. de iuncis existens vel ad iuncos pertinens: ⁊ inde hec iuncata id est
lac concretũ ⁊ iuncis inuolutũ. ¶ hic biblus bli. a bibo bis: q2 aquaꝝ est bibl9 Biblus
¶ hic cyrpus pi. a carpo pis. vnde cirpius a. um. ¶ hec papyrus ri. a pyr gre Cyrpus
ce qđ est ignis: eo q2 igni ⁊ cere est aptus. ¶ hec cãna de cano is. dr̃ q2 in eo ca Papyrus
nit̃. vnde hoc canetũ ti. locus vbi canne crescũt: ⁊ hec cãnula le. ⁊ hec cãnella le Canna
ambo diminutiua. ¶ hic calamus mi. a caleo les. i. canna vel stipula segetis. Calamus
quia ex immisso flatu calescit. Unde calamizo as: id est lete cãtare ⁊ calamos
post messores colligere. Et hec calamitas tatis. id est miseria dicta a calamo.
Canna que est inanis ⁊ vacua: ⁊ ad instar calami. ꝓprie quidẽ est calamitas
quando aliquis non habet in spe nec in re: nec exterius nec interius: sicut can=
na vacua est ⁊ exterius ⁊ interius. ¶ hec arundo nis. ab areo es. dr̃ quia cito
aret. ⁊ ꝓprie dr̃ foliũ dependẽs: sed simpliciter sepe ponit̃ pro canna. Un̄ arun Arundo
dineus a. um. ⁊ hoc arũdinetum ti. locus vbi arundines crescunt.

Suffio thurifico suffumigo cũ quibus addo
Incenso sensum dedit istis vsus eundem
Suffio sumatur quod sic autore probatur
Et suffire locum sumpta properabat acerra

¶ Ista verba habent vnã ⁊ eandẽ significationẽ. Suffio suffis suffiui. ere. de Suffio
sub ⁊ fio fis. ⁊ tunc suffio est actiuum (anglice to ensense) Thurifico as de thus Thurifico
thuris ⁊ facio facis. Suffumigo as. de sub ⁊ fumigo gis. Incenso as. de in et Suffumigo
censo as. vel der. nat̃ ab incendo dis: quia thurificantes incendunt thus. In= Incenso
censo as. verbum frequentatiuũ de incendo dis.

1

Acerra

¶ hec acerra re .i. thuribulū. Ille vltimus versus est versus Virgilij inductus in exemplū quod suffio is .idem est qd thurificare vel suffumigare.

Interimo is
interfacio
iugulo

Interimit/perimit/interficit/ et necat/occat
Occidit/mactat/extinguit/siue trucidat
Suffocat/iugulat/funestat siue sugillat:
Mortificat/truncat/disterminat/exanimatq;

Interimo · Perimo · Neco · Notabile · Occo

¶ Ista verba conueniunt in significatione cū hoc verbo interimo mis. quod cōponitur de inter et emo is .emi re. ¶ Perimo mis de per et emo is. Interficio cis de inter et facio. Neco as .cui .are. et cōponit eneco/perneco as. Et nota q neco as. et omnia sua cōposita faciunt preteritū in aui vel in ui: vt neco as. aui vel necui. et supina in atū vel in nectū: vt necatū tu. vel nectū tu. vt dicit hugu. ¶ Occo as. aui .re. de ob et ceco deriuatur. Et proprie occare est cū rustici aratione et satione dimissis grandes glebas cedunt: et ligonibus frangunt: sed ponitur pro scindere/secare/ et truncare: vnde hec occa ce. quoddā instrumentū ad perscindendū terram aptū: sicut rastrum: et componitur occo exocco cas. et est actiuū. cum suis compositis.

Occido · Macto

¶ Occido dis. occidi re. penul. producta: de ob et cedo dis. cedi re. penul. producta. cessum su. in supinis: et est actiuum. ¶ Macto as. aui. are .i. interficere. vnde hoc macellum li. (anglice a boucherye) q2 ibi mactantur pecora. Unde hic macellio onis. et hic macellarius rij. qui pecora mactat et vēdit carnes.

Trucido · Suffoco · Funesto · Sugillo

¶ Extinguo is. xi. ctū. guere. de ex et stinguo guis. qd nō est in vsu. Trucido as. aui. are de trux cis. dr. Suffoco as. aui. are. media producta componitur de sub et hec faux cis. ¶ Iugulo as. de hec gula le. dicitur. Funesto as. de funestus a. um. Sugillo as. de suggero ris. et est sugillare/suffocare/strāgulare/vel manū gule dare et eam stringere: et tunc dicitur quasi suggulare .i. sub gula cape

Mortifico · Exanimo.

¶ Mortifico as. aui. are. de mors tis. et facio cis. Trunco as. aui. are. de truncus ci. dicitur. ¶ Distermino as. de dis. et termino as. ¶ Exanimo as. aui. are. de ex et animo as. componitur: et est idem quod debilitare/terrefacere vel vitam alicuius rapere.

Incantatrix
strix.

Veneficas/magicas: dicas lānas quoq; sagas
Istis signantur eadem quibus associantur
Hec incantatrix/strix/sagana/prestigiatrix.

Venefica · Magica

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis: hec venefica ce (anglice a wycche) et dr a venenū et facio cis. et potest declinare mobiliter veneficus a. um. ¶ hec magica ce. vel magicus a. um. hec lāna ne. a lanio as. et dr lanna quasi lania a laniando scz puerorum. Fabule fingunt lannas clausis ianuis intrare: et infantes corrūpere et laniare: et postea viuos restituere: et habēt hominis vultū: sed corpus bestiarum.

Saga

¶ hec saga ge. a sago sagis .i. ingeniose aliquid facere. Et est saga ingeniosa vel incantatrix vel diuinatrix. Unde hec sagana fuit nomē cuiusdam incantatricis: sed ponitur modo pro qualibet incantatrice. Item sagana est genus gummi vel feshe.

Incātatrix · Strix

¶ hec incantatrix cis. ab incanto as. dr incātare (anglice to enchaunt) sicut faciunt magici. ¶ hec strix proprie est quedā auis nocturna de sono vocis dicta: qr cum clamat stridet: hec auis scz strix vulgo dr amare pueros vnde et lac prebere fertur nascentibus: et dicitur a strideo strides

10[illegible]

¶ hec prestigiatrix cis. de hoc prestigiū gij. dr̄ et est prestigiū quedam species magice artis scȝ humanoꝝ dicit̄ sensuū illusio. ⁊ dicitur prestigiū a prestringendo: quia aciem oculorum prestringit per prestigiū incredibiles reꝝ mutationes videntur fieri: vt terre cumulus videtur castꝝ: lapis videtur talentum seges cohors militum galeata.

Hystrio / vel palpo / mimus vel gesticulator
Est epulo / nebulo / parasitus / scurra / leccator.
Sic pantomimus / comedus / vel ioculator
De serpente nepa dictos his adde nepotes

